

obtinenda commutatione voluntatis, ut disponitur per Constitutionem sancti mem. Pii V, in ordine 97. & declaravit Congregatio Fabricæ de qua per Quarant. in Bullario verb. Fabrica S. Petri, §. præterea sol. mihi 247. & dixit Rot. d. dec. 212. n. 6. vers. nec etiam visæ sunt oblatæ, coram Caval. rio.

Demum non obstat quod in eadem Transactio nulla fuerit facta mentio de testamento Joannis Ludovici, condito de anno 1542. sed tantum de successione Comitum Antonii, & Francisci; & ideo cum illa sit stricti juris, * non possit trahi nisi ad ea, de quibus actum fuit, Gabr. conf. 90, n. 43, & seq. lib. 1. Nam cum dicta bona Joannis Ludovici jure successione pervenerint ad Comitem Antonium; non considerantur amplius uti bona ejusdem Joannis Ludovici, * sed uti propria, & de patrimonio Comitis Antonii, ut dixit Rot. decif. 247, n. 3, & 28, part. 5, & decif. 66, nu. 4, & seq. part. 4, tom. 3, recent. Et ita, &c.

DECISIO LII.

R. P. D. CERRO.

Romana Legati.

Veneris 18. Februarii 1650.

SUMMARIUM.

- 1 Beneplacitum Apostolicum confirmans alienationem dicitur justificatum ex sententia executoris, & observantia, nu. 8.
- 2 Minores de Observantia sunt incapaces Bonorum, declara, ut n. 3, & 4.
- 3 Pontifex jura omnia in scrinio pectoris habet. Incapacibus acquirendi concedendo facultatem censetur dispensare, n. 6.
- 4 Subreptionem ad evitandam, sufficit quod Papa in genere agitaverit.
- 5 Nullitas favore unius inducta ab alio allegari nequit.
- 6 Dato in solutum, transfert dominium.
- 7 Cessionarius non tenetur fructus excomputare in sortem.

Reve sancti mem. Pauli V. suffragari in perpetuum Joannino, quoad legata facta à Jacobo Brioso Sacristæ, & Infirmariæ S. Mariæ in Ara-Cœli Domini censuerunt, quia cum illa in perpetuum pariter relicta fuerint, & eisdem verbis pleno jure translata in dictum Joanninum, cum reservatione Beneplaciti Apostolici, deinde subsecuti * prævia sententia Judicis ad id specialiter delegati; merito Brevis beneficio potiri debet, cap. si cui nulla de præben. in 6, cap. decet de reg. jur. eod. lib.

Neque repugnat objecta incapacitas Patrum Sancti Francisci Minorum de Observantia * nuncupatorum, ex eorum Regula, de qua in Clem. exivi, §. cum annui redditus de verb. signif. Quia indubitatum est, quod non comprehendit legatum factum Sacristiæ eorum Ecclesiæ cum Divini Cultus decorem, * non autem illorum commodum respiciat, * non quicquam ex eo ipsi appropriantur juxta communem DD. opinionem, quam probant Card. Zabarell. in dicta clement. exivi n. 11. ibique Ancharan. n. 18, Butr. in cap. in præsentia n. 25, de probation. Navar. consil. 13, per tot. de testament. Roderic. quæst. regu-

lar. tom. 2, quæst. 127, art. 5, per tot. Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 7, c. 26, n. 42, cum seqq. & latissime aliis relatis probavit Rota in Romana Computorum 10 Aprilis 1630, coram bon. mem. Merlino, in recent. decif. 365, n. 27, & seqq. part. 5. Idque etiam de sacra suppellectili, alitque necessariis ad eum usum specialis mentio facta non fuerit, quia sufficit Sacristiæ relictum fuisse, cum inde satis appareat intentio Testatoris, ac ejus validitas justificatur, ex causa enim licita relictum existimatur, ut deducitur in c. exiit, §. in hoc casu in fin. de verb. signif. in 6, Card. Zabarell. in d. clement. exivi d. n. 11, Rota coram Buratt. dec. 245, n. 18, & in d. Romana Comput. n. 29.

Nec etiam comprehendit alterum legatum factum Infirmariæ eorum Conventus; Quia præter quod DD. non videbatur adversari arctissimæ paupertati, & mendicitati, * quam ex præfata Regula dicti Patres profitentur juxta text. in d. cap. exiit de verb. signif. in 6, & in d. clem. exivi eodem tit. cum in eorum usus quotidiani victus, & vestitus non fuerit principaliter ordinatum, sed pro sustentatione Infirmorum, ne deficientibus remediis necessariis, quæ non semper, nec integrè largitione fidelium parari possunt, miserè pereant, ideoque maxima pietatis, & honestatis ratione sustineri potest, tam vigore ejusdem Regulæ injungentis curam sollicitam, pro Infirmorum necessitatibus, quam Apostolicarum Constitutionum approbantium eandem necessitatis causas, ut habetur, in d. cap. exiit, §. si verò modum licitum, & bene advertit hanc sententiam probans Joande Anania conf. 30, n. 5, & per tot. & ibi etiam Add. quem sequitur Roder. d. q. 127, art. 4. in fin. & ex recentioribus P. Dian. resol. mor. part. 3, tractat. 2, resol. 33, in princip. Laurent. de Possell. in dub. regular. in verb. legatum n. 7, & P. Lezan, in summ. quæst. regular. volum. 2, in verb. legata Regularibus relicta n. 6. In omnem casum removetur difficultas ex facultate concessa in dicto Brevis approbandi illius alienationem, & cessionem ab eisdem Patribus factam; cum enim Pontifex optimè sciverit illorum incapacitatem tanquam resultantem ex d. clement. cujus dispositionem ipse non ignorasse præsumitur, quippe qui omnia jura * in scrinio pectoris habere censetur c. 1, de constitut. in 6, l. omnium, C. de testament. Utique concedendo dictam facultatem in necessarium antecedens eos habilitasse * videtur super hujusmodi incapacitate argum. text. in l. ad rem mobilem, ff. de procurat. & in l. illud, ff. de acquiren. hæreditat. Oldrad. consil. 330, n. 7, & consil. 331, n. 1, 2, & 3, Roman. consil. 307, n. 1, & 2, Soccin. jun. conf. 140, n. 44, & 45, lib. 2, cum aliis allegatis per Gabriel. de præsumpt. concl. 8, n. 1, cum seqq.

Nec refert, quod dicti Patres non narraverint dictum legatum esse perpetui redditus, & ideo Breve remaneat subreptitium: Quia cum Pontifex demandaverit executori dictam facultatem, ut Joanninus pro perpetuis futuris temporibus præfatum legatum acquireret ejus perpetuitatem satis clarè cognovisse videtur, ex quo propterea * penitus corrui allegata subreptio, 7 cum ad istum effectum sufficiat in genere Papam cogitare potuisse l. quod jure, ff. de milit. test. Felin. in c. nonnulli n. 18, de rescript. Rot. decif. 452, n. 15, decif. 501, n. 28, part. 5, decif. 222, n. 25, part. 7, decif. 57, n. 11, & decif. 598, n. 5, part. 8, recent. Minusve obstat, quod dictum Breve concessum fuerit in forma commissaria cum clausula confiso de necessitate: Quia præter quod satis justificatum præsumitur * ex d. sententia executoris demandata

demandata executioni, & per spatium 30. annorum continuò observata Card. Seraph. dec. 1073, n. 2, & 3, & decif. 1125, num. 1, 2, & 3, & decif. 1174, nu. 3, Gregor. decif. 343, nu. 1, ibique Ad-den. num. 4, 5, & 6, Rota in recent. decif. 684, num. 1, part. 2, hujusmodi exceptio ab ipsis tantum Patribus quorum favore dicta clausula censetur apposta, * non autem ab aliis allegari potest, ipsiisque volentibus etiam sine illius justificatione gratia stat in implicito statu validitatis, Innocen. in cap. 1, in princip. ibique Butr. nu. 5, de iis quæ sunt à Prælat. Put. decif. 302, per tot. lib. 1, in corr. Rot. decif. 179, n. 5, & 6, & decif. 318, n. 39 part. 5, recent. Multoque minus suffragatur Ecclesiæ de Anima, quæ sine legatariis cedentibus, sive cessionario dictum legatum semper præstare tenebitur.

Prout nec subsistit quod creditum Joanni ex tot annuis paghis jam persolutis videatur extinctum: Objectum enim procederet si ageretur de simplici assignatione in pignus temporaliter duratura, donec scilicet ex annuis præstationibus creditor satisfieret, secus autem in proposito, quo agitur de vera, & actuali cessione ac datione in solutum cum clausulis in perpetuum, ad habendum, & constituti; Hoc enim casu cum hujusmodi cessio, & datio in solutum * de sui natura sit perpetua, & faciat venditionem, transfert in recipientem totale dominium rei cessæ penes ipsum duraturum perpetuo, & irrevocabiliter, ut comprobatur in decisionibus hujus causæ emanatis coram me super manutentione 1 Julii 1643, §. minus obstat, & 2 Maii 1644, §. ad secundum vero; Ac operatur, ut cessionarius * non teneatur excomputare fructus in sortem, sed illos faciat suos l. si ei, §. 1, ff. de evict. Soccin. jun. consil. 170, n. 5, lib. 1, Card. Seraph. decif. 1284, n. 1.

Suppositum denique quod hæreditas Briosi sit adeo tenuis, ut non sufficiat pro præstatione hujus legati, adhuc concludenter justificatum non fuit, ideoque viget præsumptio, quod sit opulenta, & solvendo, ut respondetur in d. 2. decisionem §. demum ad tertium.

Ac propterea Domini super hujusmodi tenuitate, & insufficientia meliores desiderarunt justificationes in ulteriori propositione dispungendas prævia legitima redditione rationis.

Et ita utraque, &c.

DECISIO LIII.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Pecuniaria seu Legati.

Veneris 11 Martii 1650.

SUMMARIUM.

- 1 Legatum debitori à creditore factum, liberationem parit.
- 2 Testamentum prius, per posterius, etiam quoad legata, censetur revocatum. Limita ut n. 3.
- 3 Ademptio legati cessat cessante ademptionis causa.
- 4 Dicitio, molli, ex subiecta materia, omnia comprehendit.
- 5 Verbum, satisfacere, latissimam accipit interpretationem.
- 6 Satisfactio data minus dilectis, arguit satisfactionem, quoad magis dilectos.
- 7 Determinatio una, plura respiciens, ea & Decisiones ad Tract. de Alim.

qualiter determinat.

- 9 Legatum est donatio: illius effectus probatur per duos testes, n. 10. Et per conjecturas, n. 11.
- 10 Insinuatio in donatione inter vivos, tantum requiritur.
- 11 Legati solutio præventiva, non transit in donationem inter vivos.
- 12 Testium singularitas non obstativa, sed administrativa, non attenditur. Contrarietas circa accidentalia non attenditur, n. 15.

Sententiam A. C. condemnantem Marinum Natum ad restitutionem scut. 1500. ei ab Antonio Benedello mutuatorum ex capite injustitiæ, infirmendam esse proponente bon. mem. Arguelles Domini responderunt.

Injustitia autem ex eo deducta fuit, quia scilicet Marinus mediante legato ei de præfatis scut. 1500. per Benedellum relicto * in testamento, quod is de anno 1641, condidit, plenam liberationem consecutus fuit l. 1. in prin. ff. de liberat. legat. gloss. in §. si quis debitori verb. liberationem Inst. de legat. Gomez. var. resol. lib. 1, cap. 12, n. 82, ideoque cum tanquam legatarius se exceptionem tueri posset, absolvendus erat, non condemnandus ad text. in l. si quis decedens §. nunc de effectu & ibi Bart. l. quod mihi in fin. ff. de liber. legat. Jas. in l. apud Julianum §. si Titius n. 5, ff. de legat. 1, Rot. in Romana liberationis, seu pecuniaria 6. Februarii 1643, coram Reverend. Terracinen.

Non obstat quod Antonius deinde aliud condiderit testamentum, per quod prius, * etiam 2 quoad legata revocatum censetur l. si quis prioris ff. ad Treb. l. sancimus, C. de testam. §. sed, & si quis prioris inst. mod. testam. infr. Dec. conf. 475, n. 1, Mant. de conject. ult. volunt. lib. 12, tit. 1, n. 36.

Quoniam fuit responsum supra dictam conclusionem procedere, nisi aliam fuisset testatoris * voluntatem appareat, quæ etiam conjecturis probata, legata in prioribus tabulis relicta confirmat l. licet Imperator ff. de legat. 1, l. cum proponatur ff. de legat. 2, gloss. in l. hæreses palam §. sed si quis post verb. omnia, ff. de testam. Ceph. consil. 73, n. 22, Menoch. consil. 176, n. 3, Afflic. decif. 44, n. 14. In proposito autem casu constat, quod Antonius ad eorum tantum legatorum revocationem processit, quibus ipse videlicet satisfecerat; ibi Dichiario d'auer fatto molti legati nell' altro mio testamento à diversi Signori, e miei Amici, e perche li ho soddisfatti non li renovo, ma li revoco. Unde Domini sic arguebant, aut testator per liberationem antea legatam intellexit esse satisfactum Marino, aut non. Primo casu res dubio caret, quod ipse indebita molestia afficitur, cum ei scilicet non ex secundo, saltem ex primo testamento competeret retentio, d. l. si quis decedens §. nunc de effectu ff. de liberat. legat. Magon. decif. Lucen. 28, n. 9, in fin. Secundo verò casu idem est, quia cum illa verba, perche li ho soddisfatti, causam finalem præ se ferant l. demonstratio §. quod autem, ubi Bart. ff. de cond. & demon. Mant. de tacit. lib. 3, tit. 12, n. 33, idcirco si ex dicta liberatione legata Marino non intelligitur esse satisfactum, cum esset ademptionis causa, * cessare etiam debet legati ei relicti ademptio l. fin. ff. de hæred. instit. gloss. in his terminis in §. sed, & si quis in verb. expressum inst. quib. mo. testam. infr. Menoch. consil. 857, n. 9, Rovit. conf. 55, n. 4, lib. 2.

In priorem tamen sententiam, quod videlicet inducta fuerit satisfactio, Domini inclinabant, moti ex præcitatis verbis, ponderando præsertim illud, molli, * quod cum sit relativum ad omnia legata primi testamenti, nullumque ex eis

appareat non effectuum, omnia comprehendit, cum recipiat latitudinem secundum subjectam materiam. *Jaf. in l. licet n. 21, ff. de legat. 1, Signor. de Homod. 148, n. 12, in fin. vers. item pars adversa, Maceraten. var. resol. lib. 1, c. 109, sub n. 37. & verbum satisfacere, quod latissime patet l. si rem alienam §. omnis ff. de pignor. act. l. Stichum qui meus ff. de legat. 1. Gratian. discept. 92, n. 45, cum aliis congestis per Bello. de jure accres. c. 5, q. 13, n. 26.*

Quod eo libentius admittendum videtur, considerato eximio amore, quo testator Marinum prosequatur, adeo ut in ultimo etiam elogio ei suum hæredem commendaverit; quare admodum verisimile est, quod si alius vivens satisfacit, * prout liquet ex datis in summ. responsionis nu. 1. huic etiam satisfactum esse intellexerit. *Odd. consil. 43, n. 38, vers. & præsertim, Rim. consil. 330, n. 12, & seqq. Rot. in Romana legati de Vitellis 10 Decembris 1585, coram stabulo, & in Fulginat. Legati 6 Novemb. 1620, coram Sanctissimo D. N. tunc hujus Sacri Tribunalis Auditore.*

Accedat quod legatum mobilium contextualiter, & sub eodem verbo cum dictis scilicet 1500. Marino relictum, non revocavit testator, quin imò, ut deponunt quatuor testes formiter examinati, ei præventive satisfacit, sæpe, ac sæpius declarando, quod dicta mobilia stabant Marini dispositioni, quodque illorum ipse erat dominus, adeo ut consumptorum pretium, eidem exburfari mandaverit, quare, * & similis perseverantiæ, & ejusdem voluntatis fuisse testatorem præsumendum est circa legatum pecuniæ, ut utrumque æquali determinatione reguletur, juxt. text. in l. jam hoc jure. ff. de vulg. & pup. l. quamvis Cod. de impub. & alior. substit. l. in testamento C. de testam. milit. ita in puncto Decian. resp. 70, sub num. 15. vers. sicut ergo lib. 5, Buccaf. consil. 51, n. 14.

Et omnis tolli visa fuit difficultas ex assertis, per secundum, & quartum testem, qui autem, quod testator usque ad extremum vitæ spiritum, declaravit se remisisse, ac donasse Marino dicta scilicet 1500. quod cum verificari non possit, nisi supposito præventivo dicti legati adimplemento, ipsum implementum tanquam necessarium antecedens supponit, & cum de substantia donationis constet ex publico Instrumento primi testamenti continentis legatum, * quod donatio est l. legatum est ff. de legat. 1, l. legatum ff. eo secundo §. legatum instituit. de legat. illius effectuaris, & satisfactio * bene probatur per duos testes, *Cenc. de censib. quest. 87, nu. 16, quin etiam per conjecturas, * & præsumptiones gloss. in leg. si quis chirographum ff. de probat. Surd. decis. 105, n. 10, Fenzon. ad stat. urb. cap. 153, n. 31, Rot. decis. 154, n. 4, part. 3, recen. & in Romana census, 14 Decemb. 1648, coram R. P. D. meo Bichio.*

Non obstat defectus insinuationis, quia cum ea in donationibus * tantum inter vivos requiratur l. fin. & ibi gloss. C. de donat. ca. mort. Mantua. consil. 132, col. 2, Gabr. de donat. concl. nu. 77, Buratt. decis. 461, nu. 1, non erat hic necessaria: nam præventiva solutio quæ fit in vim præcedentis legati * non transit in donationem inter vivos, *Surd. consil. 14, num. 10, vers. nec etiam, Vasquez de success. cura. lib. 2, §. 17, n. 111, in fin. & 112, Afflic. decis. 275, sub num. 6, vers. quia respondetur, Rot. in Romana Legati scilicet 50 milium 26 Junii 1641, in prin. & in §. minus obstat, coram R. P. D. meo Cerro.*

Quæ verò apponebantur contra testes, visa sunt non relevare, quia eorum singularitas * non est obstativa, sed administrativa; ex trad. per Rot.

*decis. 433, n. 4, part. 4, tom. 3, recen. in Carpentoraten. hæreditatis 28 Junii 1647 coram R. P. D. meo Bichio, in Spoletana bonor. 7 Februar. 1648, §. nec dici potest, coram R. P. D. meo Royas, & contrarietas in eorum dictis reprehensa cum sit circa accidentalia * tantum, non attenditur, Farin. de testib. quest. 65, n. 16, Rot. coram sanct. me. Greg. XV, dec. 248, n. 13, decis. 558, n. 8, & ibi Add. n. 10, maxime cum de facili possit ad concordiam reduci juxt. not. in cap. cum tu de testib. Martin. Andr. decis. 30, n. 7, Rot. decis. 304, n. 14, part. 7, recen. Et ita utraque, &c.*

DECISIO LIV.

R. P. D. VEROSPPIO.

Romana Salviani.

Merc. 23. Martii 1650.

SUMMARIUM.

- 1 Immissio ex Salviano conceditur, probatis extremis.
- 2 Creditum probatur instrumento.
- 3 Inventarium probat contra conscientem, & illius hæredes.
- 4 Possessio ex confessione probatur. Ex litis sustentatione probatur, n. 5.
- 6 Curator sine adulto contrahere non potest. Declara ut n. 8. Sine Concuratore non contrahit, n. 7.
- 9 Solemnitates in actu, necessariò non requiruntur.
- 10 Curatoribus in solidum censetur demandata administratio.
- 11 Præstatio annua Moniali assignata, est portio dotis.
- 12 Dotale debitum statuto non ligatur.
- 13 Statum laicale non includit Ecclesiasticos.

Immissionem domus controversæ à Venerabili Monasterio Sanctæ Annæ de Urbe, ex persona Camillæ Monialis, ibidem professæ, petitam, eidem Monasterio fore concedendam hodie Domini responderunt: Quia ipsius Camillæ creditum cum hypotheca legitime justificat, ac utrumque possessionis extremum, anteriorem scilicet Octavii debitoris, de tempore obligationis contractæ, ac posteriorem Ludovicæ reæ conventæ, * adeoque in hoc utilis judicio Salviani præfatæ domus immissionem assequi debet ex disposit. text. in l. 1. ff. de Salv. & in l. 1, Cod. de præd. & notant utrobique DD. Bart. in l. rem alienam, n. 5, ff. de pignorat. actione, Contard. in leg. unica, Cod. de moment. possess. limit. 14, n. 11, Negul. de pignor. primo memb. part. 8, n. 6, & 8, Rot. coram Puteo decis. 201, n. 2, lib. 1, Gregor. decis. 491, n. 6, coram Buratt. 728, n. 4. Deducitur enim creditum Camillæ hypothecarium ex publico Instrumento præstationis annuæ, scilicet 36, sub obligatione Camerali, per eandem, cum Curatore Octavii fratris, stipulato ab anno 1582, dum paternæ successioni, ac hæreditati maternæ ipsius Octavii favore renunciavit, & antequam in Monasterio professionem emitteret Regularem: Ex tali siquidem Instrumento obligatione Camerali munito præfatum creditum * spatio annorum viginti-novem ad scilicet 1044, ascendere dignoscitur, ac legitime remanet comprobatum, secundum Bart. in l. 1, n. 8, ff. de oper. nov. nunciat. Rot. in Imolen. Salviani 5 Decemb. 1601, coram Lancell. & in Romana Salvian. 26 Nov. 1605, & in Interam. Salviani

Ad materiam de Alim. Decis. LIV.

*Salviani 14 Novembris 1611. coram Manzanedo, & in aliis congestis in Romana Salviani 12 Januarii 1646, coram R. P. D. meo Arguelles. Professionem verò domus controversæ de tempore imitæ obligationis, penes Octavium debitorem extitisse, rectè probatur ex descriptione ipsius in Inventario * hæreditatis Octavii, facta per Hieronymum, ac Joan. Baptistam ejusdem filios, ac hæredes, quod tum contra ipsos, tum contra habentes ab eis causam plenè concludit, ad text. in l. ult. C. arbit. tut. & in §. sancimus auth. de hæred. & falcid. notat Bald. in consil. 407, num. 6, lib. 1, Roman. consil. 102, n. 3, Soccin. consil. 159, n. 1, lib. 2. Castren. consil. 393, n. 2, lib. 2, Rot. in Carpen. bonorum 16 Martii 1612, in §. ult. coram Sacrato. Nunc verò penes Ludovicam adversariam adesse, bene convincitur five ex propria confessione ne * in responsione, ad positiones emissa, vulgata l. cum præcum, C. de liber. causa, & l. ab emptione, ff. de pactis, ubi post gloss. in verbo constituantur, notat Angel. n. 4, gloss. in l. 2, in verbo tradita, ff. de acquir. possess. Rot. decis. 132, nu. 3, part. 7, recen. & in Sulmonen. Vicariæ 26 Junii 1646, coram R. P. D. meo Melio, & in Pisaren. mantentionis 4 Junii ejusdem anni, & 2 Februarii seq. coram R. P. D. meo Arguelles, five ex ipsa litis sustentatione, ut notat Alex. consil. 173, n. 1, lib. 3, Pacif. de Salv. inspect. 1, cap. 6, n. 7, Rot. decis. 119, n. 5, part. 1, & 220, nu. 3, part. 5, recen. & in aliis relatis in Leodien. Domin. 25 Junii 1649, in §. siquidem coram R. P. D. meo Corrado.*

Neque præfatam Camillæ creditum poterit impugnari, vel quia Instrumentum annuæ præstationis à Camillo de Rusticis paterno Curatore Octavii, ipso tamen absente, fuerit inutiliter stipulatum, ex quo ille solum poterat auctoritate tem præstare contractui, * non autem sine minoris præsentia stipulari, secundum Castr. in l. neque tutores n. 5, de procurat. Aretin. in §. neque n. 13, instit. de auctoritate tutorum. Pereg. consil. 74, n. 4, lib. 3, vel quia simultaneè cum matre Octavii eidem contractui non interfuit, * prout interesse debuerat, dum una cum ipsa fuerat Curator deputatus, ad text. in l. ult. ubique Bald. n. 11, C. de impub. & aliis substit. & in leg. ultim. ibique gloss. in verbo una, ff. ad legem Aquil. Paris. consil. 79, n. 21, lib. 3.

Cum enim ageretur de dote debita, tam ex juris dispositione, quam ex lege per Testatorem hæredibus imposita, potuit proinde Octavium, licet minor, * & absens, efficaciter à Curatore obligari, ejusque bona vinculo hypothecæ jure subijci valuerunt, ut probat text. in leg. tutor in princip. ff. de pignor. & in l. si in rem minoris, ibique gloss. ult. C. quando ex facto tutor, vel curat. Pacif. de Salv. inspect. 3, c. 124, cum seqq. Rot. coram Greg. decis. 31, nu. 1, cum seqq. & in Anconitana manna 13 Maii 1644, coram R. P. D. meo Corrado in §. quia primum cum sequenti §. Etiam si solemnitates per statutum obligationibus minorum impositæ, adhibitæ non fuerint à Curatore; cum in hac dotatione * de necessitate præstanda per Octavium, vel quia tanquam frater forori dotem tenebatur assignare, ex disposit. text. in l. cum plures, §. cum tutor, vers. alio patre nata, ibique gloss. in fine ff. de administr. & periculo tutor. gloss. in l. non omni in verbo nulla in fine. C. eod. tit. Bart. in proem. digestorum n. 14, Guidopap. decis. 90, n. 24, Rot. in Romana dotis de Jacobellis 27 Martii 1626, coram bon. me. Urgellen. inter alias impressas decis. 26. Vel quia ipsemet Octavium communi patri hæreditario jure successerat, ad text. in l. si Decisiones ad Tract. de Alim.

*quis à liberis, §. item rescriptum, ff. de liber. agnoscend. Bart. in l. sicut, §. si debitori n. 1, ff. quib. modis pignus, vel hypot. solv. Bald. in l. ult. n. 3, C. de dotis promiss. adeoque nullæ requirebantur solemnitates tanquam in actu omnino necessario, ut advertit Picus ad statuti. lib. 1, c. 151, gloss. 7, n. 257, Rot. coram Verall. decis. 199, part. 3, & in decis. 776, n. 3, part. 2, & 122 n. 41, part. 7, recen. & in Anconitana manna 13 Maii 1644, in §. prædicta vero coram R. P. D. meo Corrado, & in his terè terminis in Camerin. dotis 10 Decemb. 1638, coram Reverend. Terracinen. in §. 1, prout nec etiam requirebatur præsentia matris, licet hæc una cum Camillo Curatrix fuisset deputata: Ex præsumpta enim voluntate Testatoris cuilibet ipsorum demandata censetur in solidum administratio, * nec proinde ex præfata deputationis forma præsumitur exclusio, donec expressè Testator injunxerit quod alter sine altero administrare non possit, ad text. in l. 1. ibique gloss. C. quando ex facto tutor. vel curator. Bald. in princip. cæterique communiter, Bart. consil. 147, n. 2, lib. 1. Gratian. discept. forens. c. 812, n. 27, cum seqq. Rot. coram bo. me. Cor. dec. 318, n. 6.*

Neque urget, quod præfata præstationis annuæ promissio ex solius voluntate Curatoris, non autem ex Testatoris dispositione præcesserit, adeoque sub dotis appellatione comprehenditur, ejusque privilegio gaudere non valeat. Siquidem illa ex consuetudine communiter recepta solet Monialibus profitentibus, ac bona propria renunciantibus constitui, * & assignari pro subeundis earumdem necessitatibus, quibus Monasteria ut plurimum prospicere non valent, adeoque dotis portio reputatur, ac fruitur ipsius privilegio, ut respondit Rot. in una Romana dotis 14 Martii 1635, coram bo. me. Merlino inter recent. part. 7. decis. 30, n. 27, & 28, cum seqq.

Hinc corruit objecta præscriptionis exceptio, quod scilicet lapsu annorum sexdecim, hæc annua præstatio debeat soluta præsumi, prout in Statuto Urbis de præstationibus annuis, expressè disponitur, lib. 1, c. 158. Cum hæc Statuti dispositio dotale debitum non comprehendat, * sed expressè præservet, ut notat Fenzon. ibid. n. 44, Marefc. var. lib. 2, c. 68, n. 44, cum seqq. nec Ecclesiasticas personas ibidem non nominatas, ex defectu voluntatis statuentium * includat, ut respondit Rot. in Romana liberationis à fidejussione 4 Martii 1630, coram bo. me. Merlino, & in Romana donationis de Castellanis 23 Junii 1631, coram bo. me. Coccino, & in Romana successione de Comitibus 15 Januarii 1642, coram Reverend. D. meo Decano, & in Urbeveta legati 4 Julii 1646, in §. quamvis coram R. P. D. meo Bichio, & latè prosequitur Boccac. de statutoria Urbis præsumptione gloss. 19, n. 199, cum seqq.

Et ita utraque parte, &c.

DECISIO LV.

R. P. D. VEROSPPIO.

Anconitana Dotis.

Luna 30. Maii 1648.

SUMMARIUM.

- 1 Executio rite decreta, est consummanda. Mandati non impeditur per exceptiones turbidas, n. 7, & n. 11.
- 2 Validitas mandati, ex revolutione actorum colligitur.